



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Die Markgrafen Ludwig und Stephan bestätigen die Alt- und Neustadt
Brandenburg, am 10. September 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

tandi ad predictos Consules de Berlin et de Cöln protinus deuoluetur, et apud ipsos tam presentes quam futuros tamquam veros ejusdem altaris patronos irreuocabiliter remanebit. Et ne hoc factum tam salubriter institutum iacturam sentiat in futurum, presentes inde confici et sigilli nostri robore mandauimus fideliter communiri. Testes quoque affuerunt nobilis Hermannus Comes de Henneberg, Johannes de Buch noster Capitaneus generalis, Johannes de Helbe curie nostre Magister, Gherwinus prepositus Bernouensis, Eberwinus noster prothonotarius et H. de Luchoue clericus cum aliis de nostra familia fide dignis. Actum et Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XXX quinto, feria sexta post diem S. Nicolai.

Original im Geh. Staats-Archiv. — Gerfens Cod. III, 99. 100.

X. Die Markgrafen Ludwig und Stephan bestätigen die Alt- und Neustadt Brandenburg, am 10. September 1338.

Vniuersis et singulis presentia inspecturis, Nos Lodeuicus et Stephanus, dei gratia Brandenburgenses et Lusacie Marchiones, Comites Palatini Rheni, Duces Bauarie, Sacrique imperii Archi Camerarii, volumus esse notum, quod promissimus et promittimus per presentes, nos velle admittere fideles nobis dilectos nostrarum Ciuitatum noue et antique Brandenburg Ciues, milites et militares eidem Ciuitati circumsedentes jam existentes et eorum successores, omni juri, quo apud nostros predecessores fruebantur, et ab antiquo debere commanere, ipsum quidem jus sit solitum quodcumque ipsis non euacuando nec diminuendo predicta etiam nomine nostrarum fratrum singulorum pollicentes, ut rata seruare in eorum absentia, et dum ad Marchiam eos venire contingat, promittere debeant singula prenarrata. In cujus testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Eberswalde, anno Domini Milleesimo tricentesimo tricesimo octauo, feria quinta post diem Natiuitatis Marie virginis gloriose.

Gerfens Cod. VIII, 401.

XI. Markgraf Ludwig befehlet Ekhard von Wagentz mit 4 freien Hufen im Dorfe Berge, am 31. März 1345.

Nouerint etc. Quod nos ad beniuolam et voluntariam resignationem ottonis de osten contulimus et presentibus conferimus strenuo viro ehardo de wogenitz, fideli nostro dilecto, suisque etc. III mansos liberos, sitos in villa Berge, cum omni iure, usu, fructu et pertinentiis quibuscunque, eisdem ex debito rite pertinentibus, perpetuis temporibus pacifice sine inquietatione qualibet possidendos, sub modis, formis et conditionibus, quibus prenotatus otto dictos mansos habuit et possedit. In cujus etc. Testes Plawe, Buch, Swyker, Hele, Satzenhofer, magister